



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De 4. & 5. exco[m]m[unicatione]. cap. 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

De quarta & quinta excommunicatione. Cap. 21.

Excommunicatio * Quarta est contra surripientes Christianorum naufragantiū bona, caiuscūque generis illa fuerint siue in nauibus existentia, siue ex eisdem electa, aut i n littore inuenita, & in quois mari, quam omnes statim incurruunt, si restituendi careant intentione · sine qua etiam si postea restituant, ligantur manent donec absoluātur. * Quinta comprehendit imponentes noua pedagia, & quodcumque tributum, vel iam imposita augentes sine sedis Apost. licentia, & illos qui prohibita, vel iniusta exigitur, ligat etiam officiales, & ministros exigentes. Tributa autem exigendi facultatem regulariter habent imperatores, Reges, & Italiae Principes, qui nulli sub-

duntur, & mistum habent imperium, uti sunt illustrissimi Veneti, & Magni duces Sabauidæ, & Etruriæ. Qui autem sub alterius sunt iurisdictione, nec imponere, nec exigere queunt.

De Sexta excommunicatione.

Cap. 22.

Includit falsarios literarum Apostolicarum, id est, falsò litteras Apostolicas scribentes in forma breuis, gratiam vel iustitiam concernentes, falsò huiusmodi supplicationes nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut eorū vices gerentis signantes, ligat etiam defensores, & fautores, eorundem. litteræ Apostolicæ sunt Bullæ plumbatae & breuia Apostolica. Non tamen includunt impetrantes, litteras subreptitias, vel litteras legatorum, seu Nuntiū Apostolici · nec qui sensu-